re, suorum legatione, intra vel extra Regnum servitio mili
tari, ad munimenta, ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationi
bus et legalibus impedimentis non differendo. Acquietationem
praeterea vltra proximos officij praefati Castren Capitan Pre-
mysliens Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq
motiones appellationes acearum prosecutiones faciendo ac
praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasio-
nibus suspensionibus, fatalis Juris, proscriptione Terrestri,
bello, conventionesq, nec alijs omnibus Juris remedijs ac
defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evaden-
do. Hac sua praesenti personali recognitione ad prae-
missa omnia mediante.

## Mierzwinski Drohoiowskiemu Roborat. 275

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren
Capitan Praemyslien Nobilis Joannes Mierzwinski sanus men-
te et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictio
nibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo.
Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Jurisdictioni
quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis su-
is generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atq subijciendo palam publice libere ac per expressum
recognouit. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis
suis generaliter omnibus, summisq quibusvis pecunialis
habitis et habendis Generoso Christophoro Thoms a Droho-

2051

iow Drohoiowski inscribit et obligat praesentibus. scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi Christophori Thomae à Drohoiow Drohoiowski ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentorum de Actu et data illius die hesterna actum praesentem praecedente hic Premysliae confectum conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentisque et nexibus generaliter universis eidem Generoso Christophoro Thomae à Drohoiow Drohoiowski et ipsius posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiter observare, omnibusque et singulis illius contentis tam in toto, quam in quavis eius minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum manuale ad inscriptionem praesentem Roborationem, et inscriptionem praesentem Roborationem ad praefatum scriptum vicissim in toto referendo. Idque sub vadio summa Duorum Millium Florenorum Polonicalium et rigore in eodem scripto manuali contento. per eundem Recognoscentem supraserto Generoso Christophoro Thomae à Drohoiow Drohoiowski aut ipsius posteris ob non completionem contentorum eiusdem scripti manualis, omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio et rigore in eodem scripto manuali contento modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem manualis non completa complenda Litteras existens memoratus Recognoscens Nobilis Joannes Mierzwinski

vel

vel eius posteri ad instantiam praenominati Generosi Christophori Thomae à Drohoiow Drohoiowski aut eius posterorum ad quoduis Iudicium et Officium Regni, extunc vigore supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere, respondere, vadium praetactum et rigorem in eodem scripto manuali contentum luere, inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit, et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum terminum primum peremptorium vti et alios omnes exinde consequentes, causa eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate, successorum legatione, intra vel extra Regnum, seruitio militari, adminimento ad euictorem, vel aliis quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Adquietationem praetextera vltra proximos Iudicij praefati et Officij cuiusuis Regni terminos dilationem sibi non recipiendo nullas motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, euasionibus, suspensionibus fatalis Iuris Praescriptione Terrestri bello, conuentioneq; ac aliis quibusuis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo. nec alio quouis modo euadendo. Ita ac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante. Chaborski Manasterskiem obligat.